Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Drei Vorlesungen in Rom - Cod. Ettenheim-Münster 196

Lugo, Juan

[S.l.], 1632-1633

Sectio I.

urn:nbn:de:bsz:31-116360

Visual Library

SECTIO I

Existentia, Spiritualitas, Simplicitas Angelorum.

Dubitatur 1. an sint de facto Angeli? Et quidem vix reperitur etiam apud infideles qui id in universum negaverit praeter nullos crassiores Philosophos, quos refert Aristoteles 4 Phys. c. 6 et 7, nam licet aliqui eos corporeos esse dicant, concedunt tamen dari de facto eas substantias intellectuales quas Angelos appellamus et esse homine superiores, inter fideles autem res ~~certa~~ hoc constat manifeste ex sacris litteris in quibus fiunt bonorum et malorum Angelorum mentionem, ratione deinde naturali eorum possibilitas demonstratur ex eo quod nulla sit contradictio in creanda substantia spirituali intellectuali, cum enim Deus ipse sit substantia spiritualis et sint etiam rationales substantiae spirituales creatae non apparet cur non ~~nullatenus~~ ~~possit~~ possit fieri substantia creata intellectualis spiritualis completa ~~completa~~ sicut potuit fieri incompleta.

Quod vero de facto productae fuerint, probatur 1. quia ad perfectionem huius universi videtur spectare quod ex singulis rerum ordinibus possibilibus aliquae species productae fuerint, sicut ex rebus corporeis dantur corpora composita et simplicia, qualia dicunt aliqui esse corpora coelestia vel saltem Coelum empyreum, ita debuit fieri creatura spiritualis incompleta quae ~~est~~ est anima rationalis, et alia etiam completa quae est Angelus. Confirmatur: quia quando in aliquo genere producta est species imperfecta producti etiam debuit species perfecta in illo genere ut sit effectus assimilatus illius generis suo creatori secundum perfectionem sibi possibilem, nam in genere animalis in quo est irrationale datur etiam rationale, et in genere viventis in quo est insensibile datur etiam vivens sensibile, et in genere corporis in quo est inanimatum datur etiam animatum et sic de aliis. Ergo in genere substantiae spiritualis in quo datur substantia incompleta et ~~independenter~~ dependenter a sensibus intelligens, debuit etiam existere substantia completa intelligens independenter a sensibus.

2do probant ex motu Coelorum qui quidem cum non sint animati debent moveri a motore extrinseco, nam motus est ab intrinseco in corpore inanimato provenit ab appetitu innato per quem tendit ad proprium bonum, qua ratione lapis movetur ad centrum, et ubi ~~ad~~ ~~quiescit~~ quiescit in centro ad quod propensionem tanquam ad suum bonum, Coelum autem nunquam quiescit sed semper circulariter movetur. Ergo non movetur ad proprium bonum sed ad bonum solum corporum inferiorum atque adeo non movetur a se sed ab alio, et cum maxime quod hi effectus qui tribuuntur coelo cum eo quod non excedant corporis virtutem, tribuant ipsis potentiam causae primae solum, ut universum administret et gubernet, hoc verum a Deo ministerio causarum secundarum. Ergo concedenda sunt aliquae substantiae intellectuales per quas Deus moveat corpora coelestia et has Angelos appellamus.

Hae rationes non sunt demonstrationes ut constat, habent enim plures solutiones et plura etiam argumenta contra se quae prosequi non vacat, sunt tamen congruentiae quae supposita fide de Angelorum.

lorum exidia ostendunt eorum productionem congruam fuisse in hoc vrso. melius prob. ab experia desumpta ex effectibus mirabilibus quos dæmones operantur per Magos, flamias et veneficos, ex responsis item quæ reddunt in idolis, ex his quæ faciunt in energumenis loquentibus in idiomate peregrino sibi antea prorsus incognito, quæ omnia excedunt plane vires omnium causarum visibilium nec possunt asscribi alijs quam substantijs separatis, quas non videtur credibile — habere tantam virtutem naturalem præsertim loquendo de Angelis damnatis quales constat esse huiusmodi spiritus cum pessimi sint, vt ex eorum blasphemijs et sceleribus colligitur, neque etiam credibile est quod hi nunquam se professi fuissent esse id quod sunt sc: spiritus defunctorum, sed potius semper contrarium asseruissent sc: se esse Angelos vel dæmones, ad quid et negassent naturam et conditionem suam, denique constat aperte eos effectus non fieri a Deo qui non potest esse Author peccati quales sunt hi effectus quos in Magis et arreptitijs reperimus et qui ordinati sunt ad alia gravissima scelera, lasciviæ, homicidij etc.

Hoc ergo supponto. Dubitatur 2do: an Angeli sint omnino incorporei. multi dixerunt illos esse corporeos, quidam tamen dixerunt esse adæquate et alij ex parte corporeos, alij vero esse ex parte corporeos et ex parte incorporeos, in priori classe ponuntur Philosophi illi antiqui quorum mentionem faciunt Aristoteles, Phys. per varia cap. et lib. 4 text. 92 et 67, et S. Thomas opusc. 15 cap. 1, Sadducæi etiam vt colligitur ex Actibus Apostolorum cap. 23, Tertullianus qui ipsum etiam Deum corporeum ponebat, et Stœ August. Hilarius etiam, Cassianus, Macarius senior, Joannes Thessalonicensis et Author lib. de Eccles. dogmatibus et alij quorum loca videri possunt apud Suarez præsenti lib. 1 cap. 5., in posteriori classe ponuntur Origenes, Cassianus, Augustinus, Rupertus, Eucubinus, Franciscus Georgius, Caietanus et sanct Basilius, Athanasius, Bernardus, quorum loca vide apud eundem Suarez cap. 6.

Certa est communis omnium sententia affirmat Angelos esse omnino incorporeos et adæquate spirituales. Colligitur primo ex Script. in qua Angeli passim Spiritus appellantur, Actuum 8 ad hebr. 1, Apocalyp. 1 et 5, Matth. 8 et 10, Luc. 10 et 11, Spiritus autem rigore est aliquid incorporeum iuxta illud Ioan. 4 Spiritus est Deus. 2do colligitur ex Concil. Lateran. sub Innocent. 3 et refertur cap. firmiter de summa Trinitate, vbi definitur quod Deus simul ab initio temporis vtramque de nihilo condidit creaturam spiritualem et corporalem Angelicam sc: et mundanam et deinde humanam quasi communem ex spiritu et corpore constitutam, quæ verba adeo videntur apta vt res hæc videtur iam ad fidem manifeste pertinere, nisi obstaret authoritas aliquorum Theologorum qui vsque adhuc post illud Concil. ~~ꝓ aliquam~~ contrariam sententiam docuere, et plurium qui dicunt intentum principale Concilij non fuisse definire Angelum esse spiritum, sed Deum esse Authorem omnium creaturarum easque initio temporis condidisse, reliqua vero obiter dicta esse iuxta communiorem sententiam, omnes tamen fatentur propter authoritatem Conc. non posse iam id sine temeritate negari, sed quidam

si ad verba

si ad verba Concilij precise spectemus ea videntur definitionem sonare, incipit enim
Firmiter credimus et simpliciter confitemur, vbi reliqua quae sequuntur videntur pertinere
ad formulam fidei quam Concil. profitetur et proponit, atque adeo omnia et singula
ibi contenta pertinere videntur ad fidem, alioquin posset aliquis dicere quod in sym=
bolo Athanasij v. g. non omnia ibi contenta credi debeant, vt puta quod pater non sit genitus,
quia licet in principio et fine dicatur fides Catholica haec est etc. non debet hic de
singulis intelligi, quod idem posset ~~dicere~~ de symbolo Niceno aliquis dicere quod non sit
de fide singula in illo contenta, v. g. Christum esse lumen de lumine, et denique non
omnia et singula, quae in professione fidei legimus pertinere ad fidem per eandem
rationem, quod tamen nemo dixerit, quia precedit et subsequitur verbum illud Credo vel
profiteor, quod cadit super omnia ibi contenta, sicut ergo in negandum erit in pro=
fessione fidei facta a Lateran. Concil. sub illis vocibus firmiter credimus et
simpliciter confitemur, et in cuius fine adest condemnatio eorum qui aliter sentiunt
contra fidem supra explicatam.

Tertio colligitur ex patribus qui ~~asserunt~~ passim Angelos spiritus et incorporeos
esse dicunt. hi sunt: Dionisius Areopagita, Irenaeus, Athanasius, Nazian=
zenus, Nissenus, Basilius, Chrysostomus, Cyrillus, Theodoretus, Damascenus, Anastasius,
Nicenus, Sophronius, Leo Papa, Hilarius, Hieronimus, Ambrosius, Gregorius, Ricc=
ardus, Victorinus et alij apud Suarez presenti lib. 1 cap. 6 vbi habentur singulorum
loca et verba, quibus accedit communis Scholasticorum sententia cum S. Thoma in presenti
q. 50 art. 1, et cum Magistro ~~dist.~~ in 2do dist. 8.

Quarto probatur ratione: quia non repugnat talis substantia spiritualis completa
cum non repugnent incompleta qualis est nostra anima, in qua maior videri poterat
esse repugnantia propter improportionem spiritus ad faciendum vnum per
se cum corpore, et ergo cur negemus Angelos esse huiusmodi, cum alioquin de
constet Angelos esse perfectioris naturae quam homines, nam licet August. lib. 83 quaestionum
quaest. 54 dixerit nihil esse melius rationali anima nisi Deus, id tamen retractauit
lib. 1 retractationum cap. 26 his verbis: vbi dixit quod ... omnia melius hinc Deum
diceremus magis dici debuit Deo creato spiritu melius sicut lib. 11 de Ciuitate
cap. 5 dixit Angelica natura coetera omnia quae Deus condidit natura dignitate praecedit,
vnde explicandus est quando lib. de quantitate animae cap. 24 et lib. 3 de libe=
ro arbitrio cap. 11 ait animas esse pares Angelis, quod etiam videtur dicere Ber=
nardus lib. 5 de consideratione cap. 3, intelligunt tamen de gradu intellectualitatis, vel de
immediata habitudine ad Deum vt ad vltimum ipsum finem beatificum, vel de aequalitate, ~~...~~ non in sola natura sed in omnibus simul natura et gratia,
~~...~~ in quibus animae non solum sunt pares sed aliquae excedunt omnes Angelos scilicet anima
Christi et B. Virginis, vt constat.

Denique hoc ipsum colligitur ex gradu perfectissimo intellectualitatis
quem Angelus habet, nam sicut spiritualitas nostrae animae ~~...~~ colligitur ex intellectualitate
imperfecta quam habet, a fortiori ex perfectiori intellectualitate colligi debet eum esse

perfectiori

perfectiori modo incorporeum. qd a. n sit mixtus ex corpore et spiritu sicut
ho, omissis alijs raonibus quae adduci solent, probari pt. qa si Angelus constaret ex corpore et spiritu sicut ho sequeret Angelum ee etiam mortalem et
corruptibilem sicut ho e, nam illa fōa spiritualis Angeli vel pōt naliter
separari a corpore vel n pōt; si n pōt, eet ergo fōa corporea et n spiritualis, ut
supponit, qe e. illud qd n pt ee absq quantitate sed semper et necessario alligat
quantitati corporeum e et maale, nec adhoc requirit qd dependeat a maa ut a
subto sustentante, sufficit e. si dependeat ut a subto recipiente, sine quo n pt ex=
istere, nam actio creativa qua producit vel servat maa jma n dependet in mul=
torum sententia a maa ut a subto sustentante sed solum recipit in maa et adheret
illi qd sufficit ut vere sit maalis, fōa vero raoalis et spiritualis qa pt ee naali=
ter absq sortio maae aut quantitatis, si ergo illa fōa Angeli necessario alligaret
corpori a quo nunquam poet naliter separari nihil illi deet adhoc ut eet fōa
maalis, si a. necias qd pōt naliter separari a corpore, ergo Angelus e naliter mor=
talis et corruptibilis sicut ho, quid e. e mors et corruptio nisi separao fōae a maa
et dissolutio unionis quae intercedebat? n pt ergo poni Angelus compositus ex corpore
et fōa spirituali sed adequate spiritualis.

Confirmari pt: qa si Angeli fōa n poet unquam naliter a corpore
separari sequit qd eet inferioris et imperfectionis conditionis quam ho, nam ois
fōa licet pro aliquo tempore sit alligata corpori ex naa tn sua hit qd ab illo poet
et debeat aliquando dissolvi et manere expedita et libera ab illo impedimento quo
corpus qd aggravat aiam et terrena inhabitatio deprimit sensum, in quo statu
separaois melius et perfectius pōt videre et intelligere res sicut in se st, si a. fōa Angeli
semper deberet ee in ergastulo corporis semper deberet intelligere imperfecte iuxta
suum statum maalem absq ulla spe dissolutionis nec acquirendi statum nobi=
liorem in quo magis expedita poet cognoscere res absq dependentia a corpore atq adeo
imperfectionis et ignobilioris naae eet quam fōa hois, ut constat.

Unde obiter infert n pōe etiam de pōia absoluta dari substiam aliquam
compositam ex corpore et spiritu et ex naa sua immortalem, qa eo ipso qd eet
immortalis et incorruptibilis fōa illa eet necessario alligata corpori et depen=
dens ab ipso quatenus n poet naliter sine corpore existere atq adeo eet cor=
porea et maalis, ut fōa igit sit spiritualis debet oio informare corpus dissolu=
biliter et per sequens constituere compositum mortale et dissolubile quale e com=
positum humanum.

Patres illi qui Angelos corporeos dixerunt aliqui certe in ea fuerunt
sententia quae tunc contra fidem n erat, ut Origenes, Cesarius, Elias Cretensis.
Tertullianus a. ab August. lib. de haeresibus haeresi 86 excusat, dum dicit Deum
ee corporeum qd n fuerit locutus de corpore extenso sed per translaoem, ut signi=
ficaret Deum n ee aliquid inane vel partem aut qualitatem alterius quamuis
de hia, inquit, priori etiam modo corpus ee senserit. addit Suarez cap. 4 num. 10

n solum

non solum ipsum circa Angelos errasse quoad hoc sed etiam forsitan circa Deum
neq ~~vero~~ [etiam] nos solicitos [esse] in excusando vel explicando ipso cum haeretici fuerint.
alij ex PP. supradictis explicari solent. Imo qd locuti fuerint metaphoricè
quando v.g. dicunt Angelum esse spiritum aereum, et ignem immaterialem, habere
tam etc. 2do qd solum velint Angelum non esse ita purum sicut Deum sed magis
compositum et in eo sensu minus immaterialem. 3tio qd Angeli loco circumscribantur
non quidem quoad molem sed quoad limitationem naturae, quia non est immensus. Bernardus in hac
quaest. fuit dubius fuisse videtur sicut et aliquando Augustinus, lib. 1. retractationum
cap. 16 et l. 2. c. 14 docet Angelos non esse ... nec habere ... atque adeo videtur ab eis
compositionem ex corpore et spiritu omnino removere.

Obijci solet communiter imo ex Gen. 6 illis verbis: ut ingressi essent filij Dei ad
filias hominum, ubi ex lectione antiqua 70 interpretum habetur Angeli Dei, atque ideo
ab aliquibus PP. haec verba intelliguntur de Angelis et consequenter voluerunt eos habere corpora
quibus potuerunt gignere filios gigantis quorum ibi mentio fit. Respondetur tamen facile
ibi filios Dei non intelligi Angelos, hi enim si de bonis sermo sit non peccarent cum foeminis
ut constat, si vero de malis hi iam erant damnati nec poterant appellari filij Dei.
intelliguntur ergo ibi filij seu posteri Seth et Enos qui coepit invocare nomen Domini
et erat familia quasi Deo sacra cuius filij abstinuerant a filiabus et posteris Cain
hominis pessimi ex praecepto ipsius Seth. videantur Suarez cap. 6 num. 20, Molina
in praesenti art. 1. et Vasquez disp. 178 qui hanc explicationem erudite probat.

Obijci solet 2do ex 7 synodo generali act. 5 ubi relata fuit et approbata
sententia Joannis Thessalonicensis dicentis Angelos posse depingi quia corporei sunt.
Respondetur in eo concilio actum solum esse de sacris imaginibus approbatis quam
sententiam quoad Angelorum imaginem approbat synodus, non vero rationem
qua comprobat Joannes Thessalon. unde Tarasius ibi recapitulando Joan-
nis sententiam approbavit conclusionem et rationem aliam ab eo datam scilicet
quia: Angeli in specie humana saepe apparuere, illam autem aliam rationem
omisit et merito quia si Angeli etiamsi essent corporei non tamen haberent corpora
humana, ut constat, sed alterius figurae, atque adeo non debuissent ideo in specie
humana depingi; Addit in eadem synodo actione 4 circa finem dictum
fuisse ex sententia Athanasij Angelos esse incorporeos, depingi vero sym-
bolicè, ex quo apparet quod illi conclusionem solam utriusque partis acceptarunt
nil de eorum rationibus decernendo.

Consequenter, dubitatur 3tio: An Angelus sit substantia simplex, vel
composita. Est autem quaestio de quadruplici compositione; prima est ex partibus
integrantibus; 2da ex subiecto et forma; 3tia ex natura et subsistentia; 4ta ex genere
et differentia, de quibus singulis breviter dici debet.

Quod ergo attinet ad primam, omnes qui Angelum fatentur spiritualem
credunt planè illum non habere partes integrantes, probant autem multi communiter
ex eo quod eiusmodi compositio est propria rei quantae et corporeae, quae

tamen doctrina

tn doctrina in vtrum accepta difficultate n caret, qr Vbicao Angeli vt infra in multorum sentia, licet sit spiritualis e tn diuisibilis ad diuisionem spatij, n ergo repugnat eiusmod compositio ex partibg integrantibg cum sceptu rei spiritualis, nec videt facile hoc adduci rao aliqua repugnantiæ, cum sceptus rei corporeæ n includat similem partium compositionem sed partes quantitatiuas, hoc e, hntes vel exigentes molem illam rone cuig redduntr impenetrabiles cum alio corpore quanto, quam impenetrabilitatem n haberent partes Angeli nec inter se nec cum partibg Angeli alterig, vel alicuig etiam corporis quanti, in quo sensu aliqui sit Augustinus epist. 28, vbi ad probandum aiam nram n ee corpoream statuit n ee corpg nec ee illud qd aliquo modo e in seipso, sicut nec extra spiritg e solum illud qd incommutabile e totum vbiq e, sed corporis hoc illig illud qd per loci spatium, inquit, longitudine, latitudine, altitudine ita substitit vel mouet vt maiori sui parte maiorem locum occupet e breuiori breuiorem minusq sit in parte quam in toto, quæ verba n cogunt ad excludendam oem compositionem partium a subtia incorporea, sed eas partes quæ ex nra sua petant plures maig spatium quam singulæ, vt petunt partes corporis pp impenetrabilitatem quam inter se hnt, partes a subtia incorporeæ tum eet penetrabiles n peterent oes maig spatium quam singulæ, qd etiam significari videt cum dicit partes rei corporeæ occupare maiorem locum secundum maiorem partem sui, nam in rigore loquendo partes rei incorporeæ n occuparent locum, occupare e. n d ee in illo spatio vtcunq sed impedire alia corpora vel alia sbta ab eodē spatio, vnde Angelus quando e in hoc spatio n dicimg bene locum iam ee occupatum ab Angelo, Angelg e. n impedit qt alig Angelg sit in eodem spatio, e ergo proprium corporis occupare spatium in quo e & qd eig partes maiores occupent maig spatium quam singulæ, qd in partibg subtiæ incorporeæ n inueniretur.

Quicquid ergo sit, aliunde probari pt in Angelo n dari compositionem ex partibg integrantibg; jmo qa nullum e fundtm ponendi eiusmodi partes nec sut multiplicanda sine necessitate entia; 2do qa si Angelg eet ita compositg, eet imperfectior aia nra, quæ, vt suppono ex Philosophia simplex e nec ht in se alias partes integrantes, cum ergo oes compositio quo plg recedit a simplicitate eo magis accedat ad materialitatem e hat ming de immaterialitate e puritate, sequens e vt hat ming de pfectione, ideo e. Deg e summè simplex qa e summe pfectg e summè purg, aia ergo quæ eet magis simplex eet magis pura e per sequens magis immaterialis quam Angelg, si hic eet compositg ex partibg.

Vnde 3tio etiam videt fieri qd Angelg n poet naali virtute intelligere e intueri quidditatiue subtiam nræ aiæ, sicut e. aia nra licet in se

sit simplex

sit simplex, qa tn quia e in corpore, videt aliquo modo ab ipso corpore
materializari, n pt pro eo statu sepatam quidditatem cognoscere nec alias
stas, sic a fortiori Angelg si in seipso intrinsece eet compositg e minus
simplex ac purg quam sta, n poet quidditatem sta cognoscere prout e in
se simplex, sed ad modum rei compositae qualis eet ipse Angelg.

Denig illa plures partes vel oes vel singulae intelligeret ita ut a
singulis exerceretur e in singulis eet intellectio, vel n; si dicas hoc secundum,
n apparet ad quid inservirent illae alia partes quae n deservirent ad
intellectionem, cum Angelg n hat alias operaões sentiendi, generandi, vel
nutritionis, ad quas indigeat ministerio earum partium; si vero dicas
primum qg Angelg eet compositum totum homogeneum, sicut aqua vel ignis, constans
ex pluribg quasi Angelis partialibg, atq adeo ex uno Angelo si partes
illae separarent, posent fieri plures Angeli, sicut ex uno igne plures ignes,
cum singulae illae partes poent intelligere e velle, atq adeo una pars separata
poet adeo habere aliam partem cum haberet suum intellectum e voluntatem
distinctam, quae oia manifeste apparent absurda.

Sequitur iam ut dicamg de tertia compositione ex subto e foa, n
dico ex maa e foa, qa si maa accipiat, prout coiter accipit aliqi pro
subto corporeo, manifestum e Angelum si spiritualis e n poe constare
ex maa, eet e. materialis e immaterialis, dubium tn ee pt. an constet ex subto
aliquo spirituali e foa spirituali, n e. desunt qui dicant possibilem
ee substiam spiritualem compositam ex subto e foa spirituali eo modo
quo dat substia corporea composita ex maa e foa substiali, quam
sententiam post alios quos refert, amplectit e probat late noster Bubalg
in quanti art. 2 quaesto 2 difficultate. 2, sed quicquid sit de possibili
de facto tn oes fatent Angelum n habere eiusmodi compositionem; qd
imprimis probat ex Dionysio de coelesti hierarchia c. 2 dicente Angelos
formis carere qg supponit eos n habere subtu, nam subu e foa st correlativa,
sed forsan ibi per foam intelligit figuram, agit e. hoc figuris
ad humanum corpg accommodatis quibg utimur ad exprimendos Angelos
qui formis carent; probant etiam ex eodem Dionysio e alys PP. dicentibg
Angelos ee maa expertes. hoc tn verum eet licet constarent ex subto
spirituali, nam illud subu n eet proprie maa; meliq pt ex Augustino
supraadducto dicto lib. 2 retract. cap. 14 negante in Angelo ee maam
e retractante illum loquendi modum.

Pbt imo rabe: qa si Angelg constaret ex subo e foa, illa quidem
foa pfectior eet quam foa hois, sicut e Angelg pfectior e quam hoo, sed
foa hois pp suam pfectionem pt naaliter existere absq hoc subto qg e foa
Angeli poet ita naaliter existere qg poet naaliter separari a suo subto e
per sequens poet naaliter Angelg corrumpi e mori per naalem separaoem
foae a subto,

fōæ a cbto, qd ē manifestè absurdum.

2do pbatr applicando raões nepra factas, qa nullum ē vestigium talis compositionis nec raō aut necessitas illam ponendi, & n ēt multiplicandæ huiusmodi partes substiales in Angelo, item qa sequeret etiam Angelu n pōe naali virtute sui illectg cognoscere quidditativè substiam nrā fōæ separatæ quæ simplicior eēt & magis simplicem modum existendi haberet quam ipse Angelg, nam licet fōā substialis Angeli eēt etiam simplex in se ipsa sicut Aīa haberet tn pp coniunctionem cum cbto modum existendi magis compositum quam nra Aīa separata, quare sicut nra Aīa licet in se sit simplex, in statu tn conjunctionis cum corpore n pt cognoscere res simplices & spirituales in se ipsis pp modum existendi compositum ē maaterā quem participat, sic nec fōā Angeli pp modum existendi compositum quem haberet poet cognoscere quidditativè substias spirituales simplices sed solum ad modum rei compositæ.

Denig probari solet a priori: qa fōā substialis n vtitur cbto nisi pp aliquam operaōem cuig fōā se sola n poet ēe principium, sic ē Aīa raōalis vnit cum maā pp operaões sentiendi & alias similes quas sine maā n pt habere, in Angelis vero n pt assignari talis operaō, nam illectio & motg localis meliq poet fieri a fōā separata, vt pt in Aīa raōali & frustra eēt talis vnio fōæ cum cbto.

Tertia compositio ē ex naā & subsistia recent couiter in Angelis, qa in hoc suppositum addit aliquid realiter vel modaliter distinctum supra naām, vt colligit ex mysterio Incarnaōis & in Angelo ponenda ē similis distinctio subsistiæ a naā, nulla ē. apparet raō specialis differentia, nam spiritualitas n obest, cum Aīa raōalis spiritualis in statu separatis a corpore hāt etiam subsistiam distinctam, quam potuit supplere subsistia Verbi divini in triduo mortis Chri & ex spiritualitate Angeli n colligit differentia, pssertim cum Deg ipse summè simplex & immaalis adhuc hāt subsistentiam distinctam saltem virtualiter virtualitate intrinseca a naā divina & Angelg qui ē minq immaalis quam Deg n debet habere subsistiam minq distinctam, cum ergo in Angelo n sit distinctio illa virtualis intrinseca quæ ē propria Dei qa eig infinitatem debuit ē distinctio saltem modalis vt per naam & subsistiam; denig qa n videt credibile qd naā humana potuerit assumi hypostaticè a Verbo divino & qd Deg potuerit fieri hoō, naā vero Angelica quæ ē longe perfectior n potuerit assumi nec Deg potuisset fieri Angelg; hoc tn totum ptinet ad metaphysicam & ad maam de Incarnaōe.

Quarta denig compositio ex gnre & differentia reperit, praeterquam ubi in Angelo sup solum ē compositio raōis, qa Angelg simplex, & alys Angelis atq etiam alys substantys viventibg & ab illis abstrahi pt raō couis Angeli vel viventis quæ in tali Angelo strahit per differentiam propriam cuiusq,

quando ē.

quando .a. dici solet genus desumi a maa ē differentiam a fōa, illud debet
secundum proportionem, quatenus genus in compositione metaphysica imitat
maam ē differentia fōam, eo qd genus sit ex se indifferens ad plures differen=
tias sicut maa ad plures fōas, differentia vero ē quasi actus determinans
potentialitatem gnris, sicut fōa ē actus determinans potentialitatem maæ.

Denique adde compositionem ex sbto ē accidente quæ in Angelis
etiam reperit, in quibus actus intelligendi ē volendi ē potentia localis ē alia
hiuiusmodi accidentia distinguuntur a substa Angeli, quæ qa creata ē n ē
actus purus sed mutabilis per receptionem accidentium, ut constat.

SECTIO II

De incorruptibilitate ē indefectibilitate Angeli.

Corruptibile dupliciter sumit, primo stricte in ordine ad propriam corrup=
tionem, quæ ē destructio fōæ quæ educta fuerat ex potia sbti manente eodē
sbto, prout corrumpit fōa equi, lux ēc, ē hoc modo certum ē Angelum
n ēē corruptibilem cum neque sit fōa nec producat dependenter a sbto, ē licet
eius subsistia dependeat a naa tanquam a sbto sustentante, ē Deus poit
de potia absoluta destruere subsistiam remanente naa Angeli, vel absque
subsistia, vel subsistente per aliquam subsistiam divinam, hoc tn n suffi-
ceret ut Angelus dicat corrumpi, sicut nec hō diceret mori in eo casu aut
generari quando de novo naa humana antea præexistens inciperet
terminare subsistiam propriam, qa sc: nec praedicata mori, corrumpi, gene-
rari, simpliciter prolata ē applicata rectis naæ substialis faciunt ve-
rum sensum iuxta comm assertionem ut significent destructionem vel
generationem naæ substialis, secus est si diceret persona vel suppositum pro-
ducit, destruitur, corrumpit, vel Angelus in rōe subsistentis corrumpit
ēc, tunc ē. poet intelligi de corruptione vel productione n naæ sed suppositi
ut suppositum ē; 2do ergo modo accipit corruptibile magis late prout
significat desitionem rei, ē hoc modo quærit de Angelis an sit corrup=
tibiles, hoc ē pro an postquam semel extitit poit destrui?

In qua quæstione aliqua sunt certa, alia quædam magis dubia
ē hæc vero sunt de nōe; nam de re ipsa, primo certum ē Angelos de facto
nunquam destruendos atque adeo in hoc sensu ēē immortales, constat ē.
hoēs beatos nunquam morituros, Lucæ 20: neque ultra mori poterunt,
æquales ē. sunt Angelis Dei; de malis a. constat in æternum cruciandos,
Matth. 25: ite discedite in ignem æternum qui paratus ē Diabolo ē
Angelis eius.

2do certum ē Angelos ex naa sua n poē destrui a caa creata,
qd imprimis colligit ex illis Chri verbis: nolite timere eos qui occidunt
corpus aiam a. n poit occidere, ubi colligit aiæ immortalitas, ē a

fortiore